



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Iuramentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 112 Sed committatur causa ait Trid. 1000
citato.
V. *Aqua benedicta* n. 1. *Benedictio* nu. 20.
Canonicatum optio. numero 20. 21. *Fun-*
ctiones Episcopales nu. 5. *Suspensio* n. 3. 4. 7.
10. 13. 15. *Torneamentum* numero 7. 8.

A D D I T I O.

Non incurrit irregularitatem Sacerdos male ordinatus concelebrans in sua ordinatione cum Episcopo ordinante, licet eo casu sit suspensus *Nald. v. sacerdos n. 7. contra Nau. Barbof. & alios.*

Iudex Synodalis.

- 1 IN Diocesana Synodo eligantur saltem quatuor Iudices, quibus delegenda erunt causa à sede Apostolica. *Trid. sess. 25. c. 10.*
- 2 Debent esse in ecclesiastica dignitate constituti, aut Personarum obtinentes, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonici. idem *ibid.*
- 3 Canonici collegiatarum, etiam insignium, alioqui Doctores, non possunt esse Iudices Synodales, etiam si nullus Doctor reperiretur, nec eis aptior in Capitulo Cathedralis, & inter obtinentes Dignitates decimus refert *Massobr. de Synod. cap. 4. dub. 10. in fine.*
- 4 Oppositum doceat alii apud *Barbof. de pot. Episc. alleg. 106. n. 12.* sed melius negatur, etiam si sint peritissimi.
- 5 Canonicus in Cathedrali dispensatus super minori ætate non potest esse Iudex Synodalis. *Massobr. loco cit. dub. 11.*
- 6 Canonici Regulares, aut Monachi, etiam si sint in Cathedrali, non sunt capaces delegationum Apostolicarum. *Archid. Geminian. Butr. in c. statutum 11. de rescript. in 6.*
- 7 Vicarius Episcopi Generalis potest eligi. *Massobr. dub. 13.*
- 8 Protonotarius Apostolicus item, ex eodem *dub. 12.*
- 9 Quam plures hodiè sunt eligendi in gratiam Regularium, ut ex iis Conferuatores sibi eligant. *Greg. XV. Anno 1621.*
- 10 In prouincia Mediolanensi debent nominari omnes Canonici Cathedra-

lium Ecclesiarum in Iudices, ex Decreto Sac. Congreg. Concil. edito 27. Septemb. 1614.

- 11 Iudici non Doctori, detur Assessor non suspectus. *Leo X. Anno 1515.*
- 12 Si quis obierit, substituatur alius ab Ordinario cum consilio Capituli vsque ad Synodum. *Gregor. XV. vbi supra.*
- 13 Qui tempore commissionis causarum reperiebatur constitutus in dignitate, & designatus inter iudices Synodales, commissionem resignauerit, poterit de eadem causa cognoscere. *Decisum à Congreg. Concil. 2. Martii 1587.*

V. *Notarius* nu. 31.
Synodus Diocesana nu. 45. 46.

A D D I T I O.

Non potest esse is, qui est coadiutor Canonici Cathedralis Ecclesie. *Garz. de benef. p. 4. c. 5. in addit. post nu. 130. dub. 28.*

Vide Conferuatores.

Iuramentum.

- 1 NE exigantur, neque reddantur Iuramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel ecclesiasticæ libertati obuiantia. *Gregor. XIII. Anno 1584.*
- 2 Sub pœna suspensionis, & interdicti, & excommunicationis respectiue, cum reseruatione Papæ. *ibid.*
- 3 Tam ab actore, quàm à reo calumniæ Iuramentum exigi potest. *Prouinc. 5.*
- 4 Iuramentum clerico, non nisi à sacerdote deferatur, si ille examinandus est in foro seculari de licentia Episcopi *Prou. 6.*
- 5 Neque detur ab Episcopo licentia, vbi est suspicio de irregularitate. *ibid.*
- 6 Non licet in iudicio iurare diebus feriatis, nisi pro pace, & piis causis, pro rebus autem temporalibus minimè, nisi forte ex magna necessitate. *Sylu. Iuramentum 2. quest. 4. standum consuetudini locorum. Nald. Iuram. n. 6.*
- 7 Relaxatio Iuramenti ne vnquam detur, nisi ad agendum tantum: nullo modo ad excipiendum. *Prouinc. 5. nisi defensionis ergo.*
- 8 Et ne ad agendum quidem post commissum

- missum periurium. *ibid.*
- 9 Non tamen potest Episcopus in referuatis Papæ. Sylu. *Iuramentum* 5. qu. 3.
- 10 Neque in contractibus in forma Cameræ Apostolicæ. Couarr. l. 1. c. 4. n. 6. *vers. id verò var. resol.*
- 11 Neque in casibus non prohibitis Episcopo, sine causa rationabili. Sylu. *loc. cit.* q. 2. *in fine.*
- 12 In eo, qui iuravit non petere absolutionem à Iuramento, est necessaria specialis absolutio. Sà. *Iuramentum* nu. 37.
- 13 Et ille Episcopus potest relaxare, seu habilitare, qui est Episcopus iurantis, seu loci contractus, non autem creditoris. Couarr. *loco citato* nu. 1.
- V. *Clericus*, nu. 74-75.
- Dispensatio* nu. 15. 23.

Ius patronatus.

- 1 Solus fundator Capellæ, aut dotator de suis propriis bonis potest ius patronatus obtinere, & institutio est Episcopi. *Trid. sess. 24. cap. 12.*
- 2 Titulus ius patronatus fit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento ostendatur, siue etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat. *idem sess. 25. cap. 9.*
- 3 Exactior erit probatio in iis personis, vel communitatibus, vel vniuersitatibus, in quibus vsurpatio solet præsumi, & spatium annorum 50. saltem in continuatis præsentationibus, & admissis probandum erit. *ibid.*
- 4 Abrogantur reliqui patronatus omnes, exceptis super Cathedralibus Ecclesiis, & iis, quæ ad supremos Principes iura imperii in dominiis suis habentes pertinent, & quæ in fauorem studiorum generalium concessa sunt. *ibid.*
- 5 Patronatus quicumque in beneficiis antea liberis acquisiti à 40. annis citra, & in futurum acquirendi, ex augmento dotis, seu ex noua constructione, vel alia simili causa, etiam auctoritate Sedis Apostol. ab Ordinariis diligenter cognoscantur, & reuocent in totum non legitime constitutos, restituito patronis eo, quod ab eis idcirco datum

- est. *idem sess. 25. cap. 9.*
- 6 Probatio facienda ab Episcopo iuxta formam prædictam. locum habet etiam in beneficiis, quorum institutio pertinet ad Abbates, & Commendatarios cum ordinaria iurisdictione. *decisum refert Garz. p. 9. cap. 3. nu. 19. in decl. 2.*
- 7 Sufficit probatio ex solis præsentationibus continuis ultra hominum memoriam; licet in iis non sit mentio de fundatione, vel dotatione. *decisum refert Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 11. nu. 46.*
- 8 Probatio, quæ fit per solos testes, non per scripturam, reuocatur. *decisum refert idem ibid. nu. 79.*
- 9 Dux præsentationes sufficiunt, vt dicantur multiplicatæ. *Barbos. alleg. 72. num. 31.*
- 10 Non potest repelli patronus à sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione post Concilium Trident. Ordinarius admisisset præsentatum, etiam si post obitum præsentati de validitate ius patronatus iterum contigerit dubitari. *decisum refert Gonzal. loco cit. nu. 26.*
- 11 Secus, si patroni præsentatio sine causæ cognitione fuisset admissa; *decisum refert idem ibid.*
- 12 Ius patronatus ex priuilegio sublatum est à Trid. nisi sit ex causa onerosa. *Viuian. de iure par. 2. lib. 11. c. 5. à num. 103.*
- 13 Nullum item est ex sola reparatione. *idem par. 1. lib. 1. cap. 1. nu. 44.*
- 14 Nullum item ex solo augmento dotis. *Rota apud Barbos. alleg. 70. nu. 16.*
- 15 Abrogatum est item à Trid. ius patronatus acquisitum præscriptione, vel consuetudine. *DD. apud Barbos. ibid. nu. 17.*
- 16 In fundatione debet accedere consensus Episcopi, seu Ordinarii. *Viu. par. 1. l. 1. c. 1. nu. 14.*
- 17 Et sufficit post factum. *Garz. p. 12. c. 2. num. 209.*
- 18 Ordinarii nomine in hac materia venit quilibet Prælatus Episcopalem habens potestatem. *Viu. loc. cit. num. 17.*
- 19 Non est repellenda meretrix, dum instat de rebus turpiter quæsitis fundare ius patronatus. *Nau. Miscellan. 52. nu. 7.*